

effectus^a veniant responsuri; et dedit terminum die veneris proximo preterito. Actum in consulatu Mediolani, ad banchum dicti consulis. Interfuerunt ibi testes Petrinus de Vaprio et Martinus Tambelli et Aderardus Tambelli, civitatis Mediolani.

(SM) Ego Iohanes de Lomatio consul pro iudice subscrispi.

5 (SM) Ego Mafeus Aperioculus consul pro iudice subscrispi.

(ST) Ego Andreas de Taravazio notarius ad scendentias^a civitatis Mediolani, porte Nove, scripsi.

^a Così in A.

CLXVIII.

10 1281 ottobre 10, venerdì

Alla presenza di Ottone Mazono giudice e assessore dei podestà di Milano Pietro Vincemara servitore del comune riferisce di essersi recato, su preceppo dell'assessore a seguito petizione dei monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliciano di Milano, nei luoghi di Cantalupo, cascine «de Pede», Parabiago, Mercallo e Settimo per sequestrare quanto dovuto dai debitori ai monasteri.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 323, tav. 13, n. 91 (B).

L'atto è scorretto.

In nomine Domini. MCCLXXXI, die veneris X die mensis octubris. Coram domino Ottone Mazono iudice et assessore potestatum Mediolani retulit Petrus Vincemara servitor communis Mediolani se ivisse, preceppo suprascripti assessoris ad petitionem dominorum abbatum monasterii Sancti Ambrosii et monasterii^a Sancti^b Simpliciani Mediolani et capitulorum ipsorum monasteriorum, die lune proxime preterito ad locum de Cantalupo pro robbandis et contestandis et in depositum dandis de bonis et rebus debitorum et bannitorum illorum dominorum abbatum et monasteriorum et capitulorum^c eorum, et cum vellet robbare Leonem filium quondam Petri Alierii et Petrum filium quondam Beltrami Alierii et Martinum filium quondam Lafranchi Rubei et Zanebellum de Padregnano et Oliverium de Padregnano de predicto loco, debitores et bannitos suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum pro depositis penes eos factis et non consignatis per eos ad petitionem eorum dominorum abbatum et capitulorum, predicti omnes superius nominati vetuerunt se robbari. Postmodum retulit se precepisse ex parte suprascripti assessoris Gratio Alierio, Ambrosio Ferrario, Carnevario Cozo, Beltramo Cozo, All...go de Aqua, Ambrosio Mantegatio, Petro de Taino, Zermano de Pescina, Rolando de Pescina, Zanebello Brunenghi et Petratio de Inurano de predicto loco Cantalupo ut per sacramentum et in banno librarium C tertiorum pro quolibet eorum irent cum ipso servitore et Guifredo Caniolo sindico suprascripti domini abbatis et monasterii Sancti Ambrosii et Martino Burro sindico suprascripti domini abbatis et monasterii Sancti Simpliciani, nomine ipsorum dominorum abbatum et capitulorum, ad robbandum suprascriptos omnes depositarios et bannitos et ad dandum eis opem et auxilium ad robbandum sive pro robbandis per vim suprascriptis depositariis et bannitis. Quo preceppo eis facto, prefati^c Gratius Alierius et alii superius nominati vetuerunt ipsi servitori^d ire cum ipso servitore et dictis sindicis et dare eis opem et auxilium ad robban-

dum suprascriptos depositarios et bannitos; et sic occasione suprascriptorum vetitorum
 precepit suprascriptis omnibus superius nominatis tam bannitis quam^c nolentibus pre-
 stare auxilium ut per sacramentum et in banno ad voluntatem suprascripti assessoris ve-
 nirent ante illum assessorem hinc ad diem mercurii proximi, qui erat XV octubris, alio-
 quin dictus servitor faceret eos poni et scribi super libro de vetito, et insuper faciet eis
 dare bannum de vetito. Postmodum retulit se ivisse ad cassinas de Pede que sunt in ter-
 ritorio loci de Parabiago, et cum vellet robbare Iacobum Portenarium et Marchixium
 ser^c Perroni et Petrum Tabernam et Anselmum Tabernam et Ottobellum Mondellam et
 Zanebellum Cozum de predictis cassinis, debitores et bannitos suprascriptorum domi-
 norum abbatum et capitulorum pro depositis penes eos factis et non consignatis per eos
 ad petitionem dominorum abbatum et capitulorum, predicti superius nominati de pre-
 dictis cassinis vetuerunt se robbari. Postmodum retulit se precepisse ex parte supra-
 scripti assessoris Bonizoni Cozo consuli dictarum cassinarum et Martino Cozo vicino
 dictarum cassinarum ut per sacramento^f et sub predicto banno irent cum ipso servitore
 et dictis sindicis suprascripto nomine ad robbandum suprascriptos depositarios et ban-
 nitos de predictis cassinis et ad dandum eis opem et auxilium pro robbandis per vim su-
 prascriptis depositariis et bannitis de ipsis cassinis. Et, eo precepto eis facto, dicti con-
 sul et vicinus^f vetuerunt ipsi servitori^d ire cum ipso servitore et dictis sindicis et dare eis
 opem^e et auxilium ad robbandum suprascriptos depositarios et bannitos de ipsis cassi-
 nis; et sic occasione suprascriptorum vetitorum precepit suprascriptis omnibus superius
 nominatis tam bannitis quam nolentibus prestare auxilium ut per sacramentum et in
 banno ad voluntatem suprascripti assessoris venirent ante assessorem hinc ad terminum
 suprascriptum alioquin dictus servitor faceret eos poni et scribi super libris de vetito, et
 insuper faciet eis dare bannum de vetito. Postmodum retulit se ivisse ad molandina illa
 duo iacentia in flumine Olone, in territorio loci de Parabiago, que fuerunt quondam do-
 mini Landulfi Crivelli, et ex parte illius assessoris precepisse Marchixio Pirivergi et Ia-
 cobo filio eius et Guidoni filio quondam Petrobelli Zenoni et Bellino et Zanino fratri-
 bus qui dicuntur Zenoni, qui stant in eis duobus molandinis et ea detinent molandina et
 in quorum molandinorum possessione dicti domini abbates missi sunt pluribus auctori-
 tatis, et ad quos dominos abbates et monasteria et capitula eorum possessio ipsorum
 duorum molandinorum pertinet et spectat, ut per sacramentum et in banno librarium C
 tertiorum pro quolibet eorum et plurimum ad voluntatem suprascripti assessoris, hinc
 ad suprascriptum terminum deberent spatiare et evacuare et spatiata et evacuata dimis-
 tere et restituere predicta duo molandina predictis dominis abbatibus et capitulis supra-
 scriptorum monasteriorum, et quod de eis de cetero sive a predicto termino in antea se
 non intromitterent aut ad ipsum terminum venirent ante ipsum assessorem ad recipien-
 dum investituram de ipsis duobus molandinis ab ipsis dominis abbatibus et capitulis ad
 dictum eis congruum persolvendum, et quod salvum et salva haberent et tenerent penes
 se tota facta preterita predictorum molendinorum ad petitionem suprascriptorum domi-
 norum abbatum et capitulum^f et quod ad predictum terminum venirent ante ipsum as-
 sessorem per sacramentum et sub predicto banno ad dicendum et protestandum quod et
 quantum debent pro predictis fictis dictorum molendinorum preteritis. Postmodum re-
 tulit se ivisse ad Sanctum Laurencium ad Parabiagum, ad sedimen heredum suprascripti
 quondam domini Landulfi Crivelli, in quo stat Romanus Zenonus massarius et fictibilis
 illorum heredum, et in eo sedimine invenisse modios XXX milii et modios II panicci
 quod fuit in terris et super terris illorum heredum et super quibus ipsi domini abbates
 habent^c possessiones, et precepisse illi Romano ut per sacramentum et in banno libra-
 rum C tertiorum et plurime^f ad voluntatem suprascripti assessoris haberet et teneret
 penes se salvum predictum totum milium et panicum et quod de illo milio et panico ne-

mini responderet nisi illis dominis abbatibus et capitulis et quod hinc ad predictum terminum duceret et consignaret predictum totum milium et panicum ante ipsum assessorem et predictis dominis abbatibus et capitulis per sacramentum et sub predicto banno. Postmodum retulit se ivisse¹ die martis proxime preterito ad predictam petitionem suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum ad locum de Marchallo pro robbandis et contestandis et in depositum dandis de bonis et rebus debitorum et bannitorum suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum ut supra, et cum vellet robbare Ubertum Villanum nunc consulem illius loci et Antonium filium quondam Iacobi Odeverti et Venturam Bossium et Iacobum Carnevalem de ipso loco, debitores et banitos suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum pro depositis penes eos factis et consignatis ad petitionem dictorum dominorum abbatum et capitulorum, predicto^f de Marchallo vetuerunt ipsi servitori se robbari. Postmodum retulit se^c precepisse ex parte suprascripti assessoris Petro de Airoldo consuli illius loci, Romerio Buldizono, Ottoni Buldizono, Iacobo Buldizono, Bontempo Villano, Rogerio et Ghionselmo qui dicuntur Villani, Perrono Canorie, Ambrosio de Prevede, Prando Arnemboldo et Beltramo Renzano de predicto loco Marchallo^f ut per sacramentum et sub predicto banno irent cum ipsis^f servitore et dictis sindicis suprascripto nomine ad robbandum suprascriptos depositarios et bannitos de predicto loco Marchallo et ad dandum eis opem et auxilium pro robbandis per vim suprascriptis depositariis et bannitis de ipso loco Marchallo. Et, eo 20 precepto eis facto, prefati consul et Romerius et suprascripti alii superius nominati de ipso loco Marchallo vetuerunt ipsi servitori^d ire cum ipso servitore et dictis sindicis et dare eis opem et auxilium ad robbandum suprascriptos depositarios et bannitos de ipso^m loco Marchallo; et sic occasione suprascriptorum vetitorum precepit suprascriptis omnibus superius nominatis de ipso loco Marchallo tam bannitos^f quam nolentibus prestare auxilium ut per sacramentum et in banno ad voluntatem suprascripti assessoris venirent ante illum assessorem hinc ad terminum suprascriptum, alioquin dictus servitor faceret eos poni et scribi super libris de vetito et insuper faciet eis dari bannum de vetito. Postmodum retulit se ivisse die mercurii proxime preterito ad predictam petitionem suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum ad locum de Septimo et ad cassinas de 30 Ollona que sunt in territorio et vicinantia dicti loci de Septimo pro robbandis et contestandis et in depositum dandis de bonis et rebus debitorum et bannitorum dictorum dominorum abbatum et capitulorum, quos ex viribus instrumentorum suorum robbare possum^f sua auctoritate propria et in possessionem eorum ingredi et intrare, et cum fuit in eo loco et sedimine Rainerii filii quondam ser Iacobi Mantegatii debitoris illorum minorum abbatum et capitulorum dictorum monasteriorum, de bonis cuius ipsi domini abbates et capitula contestari, deponere et robare possunt eorum auctoritate ex viribus instrumentorum suorum, invenit in eo sedimine centenarios LXX feni mazengii et rexedilis et boves duos et carrumⁿ unum, valentes illi boves cum carro^o libras XX tertiolorum, et carrarias duas magnas valentes libras III tertiolorum et carreriam^f unam ad carriandum valentes solidos XV tertiolorum et scrimnum unum valentem solidos XXV tertiolorum et centenaria duo lignorum valentes solidos XXX tertiolorum et porcum unum et porcam unam valentes solidos C tertiolorum, et illud fenum et boves et carrum et carrarias et scrimnum et ligna et porcos depositus penes Bonum^c Manium, Amizonem de Blanchis de Pianzano et Muzonem Agoirum consules illius loci et cassinarum et Ru- 40 beum de Tovo canevarium illius loci et cassinarum et Ottonem Scanzium et Iacobum Scanzium habiatricum domini Iacobi et Redulfum qui dicitur Cigonia et Marchexolum Righizolum^p et Rubeum Oldonum et Buzium Magistrum et Mussum Mantegatium et Ugonem Manium et Ardericum Manium et Paganum Osbergerium et Albertum Berge-maschum et Martinum Pizenum et Petrum Valerium et Beltramus de Landriano et Pe-

trum de Tovo et Martinum Mallum et Gioldum Rubeum et Iohannem de Noxeda et Albertum Gattum, omnes nobiles et vicinos dicti loci et cassinarum, eorum nomine et communis nobilium et vicinorum dicti loci et cassinarum ad petitionem suprascriptorum dominorum abbatum et capitulorum. Et, ea depositione facta, precepit ipse servitor ex parte dicti assessoris predictis omnibus superius nominatis de predicto loco Septimo et cassinis suo nomine et dicti communis et ipsi comuni ut per sacramentum et in banno ad voluntatem dicti assessoris ducerent et consignarent ante ipsum assessorem et 5 ipsis dominis abbatibus et capitulis predictas res et bestias penes se et dictum comune depositos expensis ipsarum rerum; et hoc hinc ad terminum suprascriptum sub predicto banno. Item quod precepit domino Iacobo Scantio et domino fratri Leoni Mantegatio de ipso loco ut hinc ad terminum suprascriptum ducerent et consignarent ante ipsum assessorem et predictis dominis abbatibus et capitulis illa centenaria C feni et modios III siliginis que penes eos deposita fuerunt ad petitionem ipsorum dominorum abbatum et capitulorum, et hoc per sacramentum et sub predicto banno.

Ego Iacobus Caniolus notarius camere palatii communis Mediolani subscripsi et in 15 quaterno posui.

^a monasterii *su rasura*. ^b Sancti *nell'interlinea*. ^c Segue parola cancellata. ^d Così in B, anche nelle rr. ss., si pensa per errore. ^e tam per errore. ^f Così in B. ^g opem su correzione. ^h predictum totum *su rasura*. ⁱ et - ante *su rasura*. ^j se ivisse *su rasura*. ^k ipso *nell'interlinea*. ^l carrum *su rasura*. ^m carro *su rasura*. ⁿ num *su rasura*.

20

CLXIX.

1281 ottobre 17, venerdì

Per ordine di Ottone Mazono giudice e assessore dei podestà di Milano Giacomo Pirivergi e Zanino Zenono, che stanno in due mulini nel territorio di Parabiago, vengono multati per non aver lasciato detti mulini ai monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliano, a cui erano stati dati in possesso.

Grida fatta dal servitore del comune Ruggero de Curtenova.

Copia autentica del 24 ottobre 1281, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 323, tav. 13, n. 91 (B).

MCCLXXXI, die veneris XVII die mensis octubris, indictione decima. Quoniam 30 Iacobus filius Marchixii Pirivergi et Zaninus Zenonus qui stant in molandinis duobus iacentibus in flumine Ollone in territorio loci de Parabiago, que fuerunt quondam domini Landulfi Crivelli, non spatiaverunt et non evacuaverunt et spatiata et evacuata non dimiserunt dominis abbatibus monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simpliciani Mediolani et capitulis illorum monasteriorum predicta duo molandina in quorum possessione missi sunt ipsi dominis abbates pluribus auctoritatibus nec ad recipiendum investituram de eis ab ipsis dominis abbatibus venerunt ante dominum Ottонem Mazonum iudicem et assessorem potestatum Mediolani, et hoc secundum quod eis preceptum fuit per Petrum Vincimaram servitorem comunis Mediolani ex parte dicti assessoris, a die martis in antea in banno de libris C tertiorum pro quolibet eorum parabola suprascripti assessoris, de quo banno non eximantur nisi prius spatiaverint et evacuaverint et spatiata et evacuata dimiserint ipsa duo molandina predictis dominis abbatibus et capitulis 35 40

vel de eis receperint investitaram ut supra. Clamat(um) per Rogerium de Curtenova servitorem communis Mediolani.

Ego Bellinus de Fidelle notarius ad banna pallatii communis Mediolani subscrispsi su-prascripto anno et indictione, die veneris XXIIII die octubris.

5

CLXX.

1281 ottobre 17, venerdì

Per ordine di Ottone Mazzone giudice e assessore dei podestà di Milano il console e alcuni abitanti di Mercallo insieme ad alcuni abitanti delle cascine «de Pede» nel territorio di Parabiago vengono multati per non aver permesso a Pietro Vismara servitore 10 del comune di sequestrare i beni dei debitori dei monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliciano.

Grida fatta dal servitore del comune Ruggero de Curtenova.

Copia autentica del 24 ottobre 1281, di seguito alla precedente (B).

MCCLXXXI, indictione decima, die veneris XVII die octubris. Quoniam Petrus 15 de Airoldo consul communis loci de Marchallo, Rainierius Buldizonus, Otto Buldizonus, Iacobus Buldizonus, Bontemplus Villanus, Rogerius et Ghionselmus qui dicuntur Villani, Perronus Canoria, Ambrosius de^a Prevede, Prandus Arnemboldus et Beltramus Renzonus de ipso loco Marchallo, et Bonizo Cozus consul cassinarum de Pede, que sunt in territorio de Parabiago, et Martinus Cozus vicinus illarum cassinarum vetuerunt Pe- 20 tro Vincemare servitori communis Mediolani^b dare opem et auxilium ipsi servitori ad ro-bandum videlicet predicti de Marchallo ad robandum Ubertum Villanum consulem il- lius loci de Marchallo et Antonium filium quandam Iacobi Odeverti et Venturam Bos- 25 sum et Iacobum Carnevalem de predicto loco Marchallo, et suprascripti de predictis cassinis ad robandum Iacobum Portenarium, Marchixium ser Perroni, Petrum Taber-nam, Anselmum Tabernam, Ottobellum Mondellam et Zanebellum Cozum de predictis cassinis, ad petitionem dominorum abbatum monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simpliciani Mediolani et capitulorum ipsorum monasteriorum, quorum sunt debitores et banniti pro depositis non consignatis, et hoc secundum quod eis omnibus preceptum fuit per ipsum servitorem ex parte domini Ottonis Mazoni iudicis et assessoris potesta-tum Mediolani nec occasione ipsorum vetitorum venerunt ante ipsum assessorem, a die 30 martis in antea in banno de libris C tertiorum pro quolibet eorum et de vetito parabo-la suprascripti assessoris, de quo banno non eximantur nisi prius venerint ad standum mandatis illius assessoris. Clamat(um) per Rogerium de Curtenova servitorem communis Mediolani.

35 Ego Bellinus de Fidelle notarius ad banna pallatii communis Mediolani subscrispsi su-prascripto anno et indictione, die veneris XXIIII octubris.

^a Segue parola cancellata. ^b Così in B, si pensa per errore.

CLXXI.

1281 ottobre 17, venerdì

40 Per ordine di Ottone Mazzone giudice e assessore dei podestà di Milano i consoli di Settimo e delle cascine dell'Olona, i nobili e i vicini di detti luoghi vengono multati per

non aver consegnato ai monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliciano di Milano i proventi delle terre tenute da Ranieri Mantegaza debitore dei detti monasteri.

Grida fatta dal servitore del comune Ruggero de Curtenova.

Copia del 24 ottobre 1281, di seguito alle precedenti (B).

MCCLXXXI, indictione X, die veneris XVII die octubris. Quoniam Bonus Manius, Amizo de Blanchis de Pianzano et Muzo Agoirus consules loci de Septimo et cassinarum de Ollona et Rubeus de Tovo canevarius illius loci et cassinarum et Otto Scantius, Iacobus habiatricus domini Iacobi Scantii, Redulfus qui dicitur Cigonia, Marchesolus Righizonus, Rubeus Oldonus, Buzius Magister, Müssus Mantegatius, Ugo Manius, Ardericus Manius, Paganus Osbergerius, Albertus Bergomaschus, Martinus Pizenus, Petrus Vallerius, Beltramus de Landriano, Petrus de Tovo, Martinus Mabbus, Giraldus Rubeus, Iohannes de Noxeda et Albertus Gattus, omnes nobiles et vicini dicti loci et cassinarum, eorum nomine et nomine communis nobilium et vicinorum dicti loci et cassinarum, et ipsum comune nobilium et vicinorum dicti loci et cassinarum non duxerunt et non consignaverunt coram domino Ottone Mazono iudice et assessore potestatum Mediolani dominis abbatibus monasteriorum Sancti Ambrosii et Sancti Simpliciani Mediolani et capitulis illorum monasteriorum illos centenarios LXX feni mazenghi et rexedilis et boves duos et carrum unum, valentes illi boves cum carro libras XX tertiorum, et carrarias duas magnas valentes libras III tertiorum et carrariam unam ad carrizandum valentem solidos XV tertiorum et scrinium I valentem solidos XXV tertiorum et centenaria duo lignorum valentia solidos XXX tertiorum et porcum unum et porcham I valentes solidos C tertiorum, que res omnes erant in eo loco, in sedimine Rainerii filii quondam Iacobi Mantegatii debitoris et banniti illorum dominorum abbatum et capitulorum suprascriptorum monasteriorum, et que res omnes depositae fuerunt penes eos omnes suprascripto nomine et dictum comune per Petrum Vincimaram servitorem communis Mediolani precepto suprascripti assessoris ad petitionem dictorum dominorum abbatum et capitulorum suprascriptorum monasteriorum, et hoc secundum quod eis omnibus preceptum fuit per ipsum servitorem ex parte dicti assessoris, a die martis in antea in banno de libris C tertiorum pro qualibet omnium predictorum et librarium CC tertiorum comuni dicti loci parabola suprascripti assessoris, de quo banno non eximantur nisi prius venerint ad standum mandatis dicti assessoris et consignaverint predictas res omnes ut supra. Clamat(um) per Rogerium de Cortenova servitorem communis Mediolani.

Ego Bellinus de Fidelle notarius pallatii communis Mediolani ad banna subscripsi suprascripto anno et indictione, die veneris XXIII octubris.

5

10

15

20

25

30

35

CLXXII.

1281 ottobre 18, sabato

Ottone Mazono giudice e assessore dei podestà di Milano affida al giurisperito Ruggero de Leuco l'esame della causa fra gli abati di S. Ambrogio e di S. Sempliciano di Milano e Marchese Pirivergo con Guido e Bellino Zenoni che stanno nei mulini già di Landolfo Crivelli, e con Romano Zenono, tutti del territorio di Parabiago.

40

Copia semplice coeva, di seguito ad atto del 1281 ottobre 10 (B).

MCCLXXXI, die sabbati XIII die exeunte octubre. Dominus Otto Mazonus iudex et assessor potestatum Mediolani commisit domino Rugerio de Leuco iurisperito audientiam questionis que vertitur inter dominum abbatem monasterii Sancti Ambrosii et dominum abbatem monasterii Sancti Simpliciani et capitula illorum monasteriorum ex una parte et Marchixium Pirivergi et Guidolum et Bellinum qui dicuntur Zenoni^a, qui stant in molandinis duobus que fuerunt quondam Landulfi Crivelli, iacentibus in territorio loci de Parabiago, in flumine Ollone, ut dicunt illi domini abbates, ex alia, occasione precepti eis facti pro ipsis molandinis ad petitionem suprascriptorum dominorum abbatum; et item questionem que vertitur inter eos dominos abbates et dicta capitula ex una alia parte et Romanum Zenonum qui stat ad Sanctum Laurentium ad Parabiagum^a ex alia, occasione contestationis facte^a de modiis XXX milii et modiis II panici penes eum Romanum ad petitionem suprascriptorum dominorum abbatum et dictorum capitulorum.

^a Segue parola cancellata.

15

CLXXIII.

1281 novembre 3, lunedì

Alla presenza di Guglielmo Gritta giudice e assessore dei podestà di Milano Pietro Vismara servitore del comune riferisce di aver intimato, a seguito petizione del monastero di S. Ambrogio, a Lanfranco de Birago, a Zanebello de Lonate e a Crescimbene de Coureno di presentarsi all'assessore per rendere conto di una terra sita presso il monastero.

Copia autentica coeva, cucita con altro atto, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 323, tav. 13, n. 92 (B).

MCCLXXXI, die lune III die mensis novembris. Coram domino Guilielmo Gritta iudice et assessor potestatum Mediolani retulit Petrus Vincimara servitor communis Mediolani, ad petitionem domini abbatis et capituli monasterii^a Sancti Ambrosii Medioli-
ni, hodie se requisivisse Lafranchum de Birago et Zanebellum de Lonate et fratrem Crescimbene de Coureno sive de Bregnano de burgo porte Vercelline deforis, a quo Lafrancho petebant seu petere volebant dimidiā pro indiviso unius petie terre iacentis in braida illius monasterii, extra et prope portam Vercellinam, sive sedimen I cum edificiis et domibus constructum et edificatum super illa dimidia dicte petie terre; cui dimidie dicte petie terre et cui sedimini coheret a mane dicti monasterii, videlicet alia dimidia suprascripte petie terre et sedimen super ea alia dimidia constructum, et tenet suprascriptus^b Zanebellus de Lonate, a meridie via, a sero illius monasterii, et tenet frater Marchus de Lamairolla pro illo monasterio, a monte illius monasterii, et tenet Iacobus Baddus et nepotes pro illo monasterio, et fictum preteritum^c, et a predicto Zanebello petebant seu petere volebant aliam dimidia^d dicte petie terre sive sedimen unum cum edificiis et domibus constructum et edificatum super illa dimidia dicte petie terre, cui dimidie dicte petie terre et cui sedimini coheret a mane dicti monasterii, et tenet Oldradus de Buixio pro illo monasterio, a meridie via, a sero illius monasterii, videlicet suprascripta alia dimidia dicte petie terre et sedimen super ea constructum, et tenet suprascriptus^b Lafranchus de Birago, a monte illius monasterii, et tenent suprascripti Iacobus